Fragmentarium

tur ait dominus. quoniam exultatis et ma
gna loquimini diripientes heredita
tem meam, quoniam effusi estis sicut vi
tuli super herbam et mugistis ut
tauri. Confusa est mater vestra nimis
et adequata pulveri que genuit
vos. Ecce novissima erit in gentibus
deserta invia et arens. Ab ira domi
ni non habitabitur sed redigetur tota in so
litudinem. Omnis qui transierit per babylo
nem stupebit et sibilabit super uni
versis plagis eius. Preparamini contra ba
bylonem per circuitum. omnis qui intendi
tis arcum debellate eam. non parcatis
iaculis quia domino peccavit. clamate ad
versus eam. ubique dedit manum. ceci
derunt fundamenta eius. destructi sunt
muri eius. quoniam ultio domini est. Ultionem
accipite de ea. sicut fecit facite ei. Dis
perdite satorem de babylone et tenentem
falcem in tempore messis a facie gladii co
lumbe. Unusquisque ad populum suum con
vertetur. et singuli ad terram suam fu
gient. Grex dispersus israel. leones eiece
runt eum. Primus comedit eum rex
assur. iste novissimus exossavit eum
nabuchodonosor rex babylonis. Propter
ea hec dicit dominus exercituum deus israel. Ecce
ego visitabo regem babylonis et terram
eius sicut visitavi regem assur. et
reducam israel ad habitaculum suum. et pa
scetur carmelum et basan. et in monte
effraim et galaad saturabitur anima
eius. In diebus illis et in tempore illo ait
dominus. queretur iniquitas israel et non erit.
et peccatum iuda. et non invenietur.
quoniam propitius ero eis quos reliquero. Super
terram dominantium ascende. et super habita
tores eius visita. dissipa et interfice
que post eos sunt ait dominus. et fac iux
ta omnia que precepi tibi. Vox belli in terra
et contritio magna. Quomodo confractus
est et contritus est malleus universe terre.
Quomodo versa est in desertum babylon in gen
tibus. illaqueavi te. et capta es baby
lon. et nesciebas. inventa es et appre
hensa. quoniam dominum provocasti. Aperuit do
minus thesaurum suum. et protulit vasa
ire sue. quoniam opus est domino deo exercituum in ter
ra chaldeorum. Venite ad eam ab extre
mis finibus. aperite ut exeant qui concul
cent eam. Tollite de via lapides et re
digite in acervos et interficite eam. nec
sit quicquam reliquum. Dissipate uni
versos fortes eius. descendant in occisi
onem. Ve eis quia venit dies eorum. tempus vi
sitationis eorum. Vox fugientium et eo
rum qui evaserunt de terra aquilonis
ut annuntient in syon ultionem domini dei
nostri. ultionem templi eius. Annuntiate
in babylonem plurimis omnibus qui ten
dunt arcum. Consistite adversum eam
per gyrum et nullus evadat. Reddite
ei secundum opus suum iuxta omnia que
fecit facite illi. quia contra dominum erecta
est adversum sanctum israel. Idcirco cadent iu
venes eius in plateis eius. et omnes viri
bellatores eius conticescent in die illa
ait dominus. Ecce ego ad te superbe dicit dominus
deus exercituum. quia venit dies tuus. tempus
visitationis tue. et cadet superbus et cor
ruet. et non erit qui suscitet eum. et
succendam ignem in urbibus eius. et de
vorabit omnia in circuitu eius. Hec di
cit dominus exercituum. calumpniam su
stinent filii israel et filii iuda simul.
Omnes qui ceperunt eos tenent. nolunt di
mittere eos. Redemptor eorum fortis.
dominus exercituum nomen eius. Iudi
cio defendet causam eorum. ut exterreat terram
et commoveat habitatores babylonis.
Gladius ad chaldeos ait dominus et ad
habitatores babylonis. et ad principes
et ad sapientes eius. Gladius ad di
vinos eius qui stulti erunt. gladius
ad fortes illius qui timebunt. gla
dius ad equos et ad currus eius. et ad
omne vulgus quod est in medio eius. et
erunt quasi mulieres. Gladius ad
thesauros eius qui diripientur. Sic
citas super aquas eius erit et arescent.
quia terra sculptilium est. et in portentis glo
riatur. Propterea habitabunt dracones cum
fatuis ficariis. et habitabunt in ea
struthiones. et non inhabitabitur ultra usque
ad sempiternum. nec exstruetur usque

STCBBC1001-23 $350

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 30.1, (seq. 45) – Jeremiah and Lamentations (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zshm/1117/15774)